

1789, 30.

73

DE
**QVINQVENNALIBVS ET DECE-
NALIBVS**
IMPERATORVM ROMANORVM.

DISSERTATIO

QVAM

AMPLISS. PHILOS. ORDINIS PERMISS'V
PRID. IDYVM AVGVST. CICIO CCLXXXIX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

AVGVSTVS ADOLPHVS WENDLERVS

AA. M. ET IVR. VTR. BACC.

SOCIO SVMTO

IOANNE GOTTLÖB MORGENSTERNIO

THEOL. STUDIO.

ad pag. 21.



LIPSIAE
EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

DE

GANGAENIATRAS ET DECEN-

NATRIAS

IMPERATORIA MUNDORUM

DIGESTRATIO

ARMILLIS THILOIS QUDGINIS PERNISAS

PIERD. GUDAN. AGADAT. CICIDOCXKXIX.

DE

DEFFENDIT

AGASTAS ADOPHUS WENDFERAS

AG. M. ET IAR. AT. 8400

SOCIO SUMTO

IOAZIN GOTTOLOM. MORGENSTRONO

THOMAS STYLO



LIPSIA

UNIVERSITATIS LIBRARIA

CASSINI PATER.

PARENTI OPTIMO
ADOLPHO CHRISTIANO
WENDLERO

I. V. DOCTORI, SERENISS. ELECT. SAX.
CONSILIARIO AVLICO, CIVITATIS LIPS. CONSVL,
SCABINATVS ADSESSORI, REL.

D. D. D.

FILIVS OBSERVANTISSIMVS

A V C T O R.

PARRINI ORTIMO
ADOLPHO CHRISTIANO
AENDFERO

L A DOCTORI ELEINIS. ELLOT. 242.
CONSTITVIO VALICQ. CIVITATIS LIE. CONSULT
SCHEMATICAS DIESSEQUIT. 242.

a c d

ELLIAM. OBSERVANTIAE

A V O T O S

11
57

CARISSIME PATER,

Accepias, quaeſo, hoc primum iuuenilis ingenii
specimen ea cum humanitate et indulgentia,
qua erga me uſus es, ex quo **PA-**
TREM TE venerari mibi contigit. Neque enim illud
ſua quadam praeſtantia aſtimes, cui nullam eſſe nemo
me melius ſentit; ſed hoc potius perpendas velim, tradi
TIBI hunc libellum a pietate filii, **TVA** paterna cu-
ra, **TVIS** beneficiis et maximis et innumeris feliciffimi;
tradi eum **TIBI** hoc die, quo euidem laetiorem, boni
ominiſ pleniorē, ſanctiore nullum ſcio, die **TVO**
natali. Difficile eſt, verbis exprimere, quanta me ad-
fectum laetitia ſentiam, quod in hac ſcribendi diſputan-
di que opportunitye occaſionem naſtus ſim, palam **TIBI**

CARISSIME PATER

declarandi, quantopere de *TVA* vita, incolumente,
fortuna laeter, quamque *TIBI* longissimum et felicis-
simum harum rerum usum, a Deo O. M. apprecep. Quae
TE mihi *PARENTEM* dedit, et hucusque tuta est
diuina prouidentia, largiatur et seruet. *TIBI* in po-
sterum quoque cuncta, quibus vitae humanae felicitas
censemur maxima et verissima, *TE* que ciuitati, cui
praeceps, familiae, quam ornas, mihi denique, reliquis-
que liberis, qui *TE* *PATRE* gloriantur, semper
saluum, sospitem atque incolumentem praefestet! Ego vero,
quidquid in me est, efficiam, pietate in *TE*, virtutis
litterarumque studio, vitae integritate, et quibuscum-
que rebus possim, ut, quo me hucusque paterno amore am-
plexus es, eodem in posterum quoque me amplecti et pos-
sis et lubenter velis. Vale. Scripsi Lipsiae, Prid. Id.
Aug. MDCCCLXXXIX.

PROOE.

PROOEMIVM.

Cogitanti mihi saepe et circumspectienti, quam potissimum
rem ex litterarum optimarum copiis deponitam elige-
rem hac opportunitate scribendi oblata, non inutiliter pertra-
etandam: Quinquennalia illa et Decennalia, quorum apud veter-
es scriptores aequae ac in monumentis variis frequentissima est
mentio, digna visa sunt et apta cum huic occasione, tum meae
aetati, in quibus illustrandis operam collocarem meam. Equi-
dem non ignorauit, NORISIVM ^a), PAGIVM ^b), IOH. GEORG.
WALTHERVM ^c) aliosque viros doctissimos eidem argumento
antiquitatis Romanae docte et copiose persequendo dudum ante
me operam cum maximo fructu nauasse. Et quamvis praeui-
derem, fore, ut nihil aut parum a me proferri possit, quod non
ab aliis iam sit occupatum, collectum, monitum, expositum,
tamen

a) in diff. chronolog. de votis de- quam tamen non vidi, ut scripto-
cennal. ad calcem diff. de duobus res de Antiqq. Rom., interpretes
nummis Diocletiani et Licinii, Flo- DIONIS CASSII, RASCHIVM in
rent. 1675. 4. et in thes. Sallengr. Lex. numism. T. II. P. I. p. 78. ff.
T. IV. P. I. p. 655. f. omittam, cf.
FABRICII Bibl. Antiq. p. 629.

b) in diff. hypatica.

c) in comm. de Quinquennal. et SCHWARZIVM ad Panegyr. vett. p.
Decennal. Imp. Rom. Viteb. 1748. III. ff. T. I. ed. Laegeri.



tamen haud vanos opinatus sum labores meos iudicatumiri,
neque displicituros esse, si, quae alibi latissime et integris li-
bris sunt disputata, ea ego breuissime et paucis plagulis com-
prehensa proposuero. Etenim tam copiosa est Quinquennalium
historia, tam varia eorum origo, tam multiplex eorum
finis, tam insignis cognitionis eorum usus, ut, ne multitudine
rerum et varietate obruamur, ad certa quaedam capita, et ad
breuem disputationis summam ea reuocare conduceat. Iam
primum quum non uno modo et consilio ludos quinquennes
habitos et repetitos esse acceperimus: eorum varia genera con-
stituere oportet. Alios ludos Augustus propter victoriam ab
Antonio reportatam, quinquennio quoque elapsi repetendos,
Nicopoli celebravit,^{d)} qui postea non solum hac in urbe, sed
etiam Romae^{e)} et in multis prouinciarum oppidis^{f)} habeban-
tur, alias Domitianus Ioui Capitolino instituit,^{g)} alias deni-
que Imperatores pro incolumitate imperii fascibusque feliciter a-
se gerendis celebrarunt.^{h)} Ne igitur, si de omnibus hisce
Quinquennalium generibus agerem, haec scriptiuncula fines li-
belli academici egredetur, in tertio tantum eorum genere
pertractando versari opellam meam iussi. Cuius quidem adcu-
rata et certa cognitione quum permulta capita historiae cum
ciuilis tum ecclesiasticae explicari illustraque possint, nemo ae-
quus rerum arbiter de altera commentationis parte inique sta-
tuet, qua, praemissis iis, quae ad illorum ludorum historiam
peri-

d) SVETON. Aug. c. 18.

g) Id. Domit. c. 4.

e) Id. Tiber. c. 6.

h) vid. NORISIVM et PAGIVM

f) Id. Aug. c. 59.

c. 1.

pertinent, quae utilitas inde in historiam tum ecclesiae, tum iurium, tum ciuitatum, redundare possit, demonstrare conatus sum. Sed virium tenuitatis ingeniique iuuenilis probe mihi conscientis, has studiorum primitias virorum doctorum iudicio nequaquam subiicere ausus essem, nisi eorum humanitate fre-
tus, sperasse, fore, ut hunc qualecumque libellum ea, qua
solent in liberales adolescentes vii, indulgentia excipient.

PARS PRIMA.

De ludis et votis quinquennalibus decennalibusque.

§. I.

Quaenam dicantur Quinquennalia?

Quod plerumque fieri viderimus a scriptoribus, ut a defi-
nitione aut descriptione eius rei, de qua dicturi sunt, ordian-
tur, hanc rationem ego quoque secutus, cuius generis festa
dicantur *Quinquennalia*, ostendam. Nam de Decennalibus non
videtur hic separatim agendum esse propterea, quod eadem est
nominis illorum ratio, et de origine eorum atque natura se-
quens disputabit paragraphus. Qua quidem in re quam illud
primum quaeri possit, quidnam vocabulo *Quinquennium* intel-
ligatur, utrum vota, an sacra, an certamina? in eo examinan-
do paullulum subsistendum esse videtur. Erit autem hoc ipsum
ex ritibus in Romanorum festis olim receptis expediendum.
Namque omnibus fere diebus festis Romae celebrari solitis sa-
cra atque certamina coniunctim fiebant. Sic in ludis Circensi-
bus sive Magnis, qui in honorem Iouis, Iunonis atque Mi-

B

ner-



neruaeⁱ⁾ instituebantur, certaminum aliquamque spectaculo-
rum a sacrificiis initium est factum. Quam in rem teste vtor
DIONYSIO HALICARNASSENST, qui pompa solenni peracta,
sacrificia a Consulibus et Sacerdotibus facta esse refeit.^{k)} Eo-
dem modo ludos saeculares tum sacrificiis, quae omnibus fere
Diis offerebantur, tum spectaculis celebratos esse constat.^{l)} Ita
denique in Quinquennalibus tum sacra tum certamina facta esse,
scriptores fide dignissimi testantur,^{m)} quod infra, vbi ritus et
ceremonias in iis receptas referam, vberius ostendetur. Quae
quum ita sint, nec vnquam fere certamina absque sacris a
Romanis instituta fuerint, perinde mihi esse videtur, vtrum vo-
cabulo *Quinquennialum*, sacra an certamina intelligas. Siue
enim hoc, siue illud placeat, eodem res tandem redibit. Quod
autem in Quinquennalibus non modo sacrificia atque certami-
na, sed etiam votaⁿ⁾ pro salute et incolumitate imperatoris
totiusque reipublicae fiebant, id iis proprium fuisse videtur.

Quod

i) vid. CIC. in Verr. Orat. de sup-
plic. c. 14.

k) in Antiquitat. Röm. lib. VII. c. 72. ff. p. 200. ff. ed. GRIMM.

l) De origine ludorum saecularium
et de ritibus quibus celebabantur,
multa differuit, simulque loca colle-
git, vbi a scriptoribus Romanis com-
memorantur, CILANO in libro, quem
inscripsit: *Ausführliche Abhandlung der
Römischen Alterthümer*, herausgegeb.
von ADLER, Hamb. 1776. Th. II.
p. 526, ff. Docte de iis quoque egit

c. G. SCHWARZIVS in diff. de
tempore ludorum saecularium sub
Philippis Augustis celebratorum, in
Diff. selectis ab HARLESI^O editis;
Erlang. 1774.

m) cf. FUCHS alte Geschichte von
Mainz, in der Einheit. Abschnitt. II.
c. 6. PAGI diff. hypat. Part. II. c. II.
§. 4. NORISII diff. chronolog. de
vot. decennal. c. I.

n) vid. PLIN. jun. lib. X. epist.
101. et 102. adde nummos, in qui-
bus vota Decennal. commemorantur,

II

Quod quidem etiam plurimis in ludis non fuerit receptum,
tamen nihil impedit, quo minus nunc in *Quinquennalium* voca-
bulo intelligamus etiam vota, quae, quam in hoc genere lu-
dorum, propter salutem imperatorum in proximos quinque
annos a Diis impetrandam institutorum, maximi essent mo-
menti, sacrificia atque certamina continebant quasi et comple-
tebantur. Id modo caudendum puto, ne omnibus locis, qui-
bus vocabulum *Quinquennalia* legitur, vota tantum eo referas,
quia hac interpretandi ratione verborum sensui haud raro vis
inferenda sit maxima. Occurrunt enim, ut hoc utar exemplo,
in numis interdum haec verba: *VOTIS VICENNALIORVM*^{e)}
quae ita explicata, ut vocabulo *Vicennialiorum* addas τὸ Ζό-
τον, nullum praebenter sensum. Tunc enim inscriptio
ita se haberet: *Votis Votorum Vicennialiorum.* Sed carere
poterimus hoc incommodo, si vocabulum *sacra* substitua-
mus, quod omnia, quae in his festis peragebantur, sacrificia
vota et ludos comprehendit.

Iam vero ex his, quae diximus, adparet, *Quinquennalia*
fuisse ludos ab imperatoribus pro incolumitate imperii et fasci-
bus feliciter a se gerendis exeunte vel peracto quoque quin-
quennio, votis, sacris, certaminibusque celebrari solitos;
quamquam negari non potest, a nonnullis scriptoribus Roma-
nis *Quinqueniales ludos* dici etiam eos, qui quarto quoque anno
in Graecia celebrabantur. Ita OVIDIUS^{p)} quinquennem
Olympiadem in exilio egisse, ita CICERO^{q)} Hippiam Eleum,

B 2 sophi-

e) vid. CANGIVM in famili. Byzan-
tinis p. 27.

p) Epist. e Ponto l. IV, eleg. 6. v. 5.
q) de Oratore l. III, c. 32, §. I.

~~~~~

sophistam non ignobilem, maxima illa quinquennali ludorum celebritate Olympiam venisse, ita denique FLORVS<sup>1)</sup> Flaminio, Consuli, ob redditum Graeciae veterem statum Nemeae quinquennalibus ludis summos honores habitos esse dicit, quum tamen ludi tum Olympici, tum Nemei elapsō quoque quadriennio haberentur. In quo quidem illi imitantur Graecos, qui ea festa, quae post duo annos tertio, qui primus sequentis biennii esset, redibant, trieterica, itemque ea, quae quarto quoque anno celebrabantur, penteterica vocabant. Neque temere id ab iis factum esse videtur, quia, quae elapsis duobus aut quatuor annis fiunt, ea reuera ineunte tertio aut quinto anno aguntur. Sed de his Graecorum Quinquennalibus, quamvis multa in historia ciuili iis illustrari explicarique posse intelligam, ne a re, quam hic pertractari constitui, deflectere et aliorum expatriari necesse sit, nihil dicam, sed in iis tantum subsistam, quae a Romanis, propter salutem et in columbiae Imperatorum tum in vrbe, tum in prouinciis celebrabantur.

§. II.

*Ludi Quinquennalibus similes.*

Neque tamen alienum a meis consiliis erit, imo in primis aptum, de ludis, qui iis, in quibus explicandis versamur, simillimi fuerint, hic nonnulla proferre, et, quod eos intercedat discrimen, obseruare, quo adpareat, possintne vna cum illis pertractari, nec ne. *Ludos Quinquennalibus similes* eos ad-

<sup>1)</sup> lib. IV, c. 7, §. 14.

~~~~~

pellandos esse censeo, qui ratione tum causae et consilii, tum rituum et ceremoniarum proprius ad illa accedunt, ratione autem temporis, quo instituebantur, ab iis differunt. Pertinent huc Decennalia, Quindecennalia, Vicennalia, Tricennalia. Patet vero omnino ex aliquot LIVII locis^{s)} partim a NORISIO iam adlatis, omnia vota, quae in quinquennium suscipiebantur, quinquennalia, et quae in decennium, decennalia adpellanda esse.^{t)} Accedit, quod PAGIVS^{v)} in demonstranda Quinquennalium pro Imperatorum incolumitate habitorum origine, quum eam non a ludis quinquennalibus Aetiacis, sed inde, quod Augustus, exacto priori decennio, imperium rursus in quinquennium suscepit, repetendam esse probasset: *Non alia, inquit, Quinquennalium, quam Decennialum origo.* Erunt fortasse, qui hoc sententiae meae magis aduersari, quam fauere contendant, quum PAGIVS hos ludos uno eodemque modo ortos esse affirmare videatur. Ea vero dubitatio et si aliquam veri speciem habet, facile tamen solui posse videtur. Fieri enim potest, ut res inter se modo et natura diuersae una eademque ratione originem capiant. Id certe ex hoc loco patet, quum Decennialium origo a PAGIO singulatim commemorata fuerit, ipsis Decennalia a Quinquennalibus separata esse. Quae quum ita sint, equidem PAGIVM secutus, hac in re ita versabor, ut, vbiunque fieri poterit, Quinquennalia et Decennalia distinguam.

B 3

§. III.

^{s)} XXII, 10. XXVII, 33. XXX, 27.
XXXI, 9. XXXII, 28.

^{t)} in diff. chronolog. de vott. de-
cennal. c. I.

^{v)} in diff. hypat. P. II, c. II, §. 3.

Quis primus Quinquennalia et Decennalia instituerit?

Exstat SVETONII locus, qui, vt Neronem primum Quinquennalium conditorem putemus, efficere possit. Sribit enim, *) quinquennale certamen a Nerone, primum omnium Romae institutum esse more Graeco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod adpellauerit Neronia. Quae quidem verba si obiter legerimus, neque diligenter examinauerimus, haud scio an Suetonium, scriptorem summa laude, sumimaque fide dignissimum, negligentiae accusatur simus non leuis. Neque iniusti in eum fuerimus, quod, si Quinquennalia a Nerone primo referret introducta, iis, quae de Augusti ^{y)} aliorumque, qui ante Neronem ciuitati Rom. praefuerunt, imperatorum ^{z)} Quinquennalibus retulerat, manifeste contradiceret. Sed, quod vbique obseruari debet ab interprete, omnibus, quae ad verum sensum eruendum necessario coniungenda sunt, in vnum collatis, omnis negligentiae suspicio evanescit. Ex verborum enim nexus luculentissime adparet, non dici a SVETONIO, ludos quinqueniales ante Neronem Romae ignotos inauditosque, sed eos prima vice triplices, musicos, gymnicos et equestres exemplo Graecorum ^{a)} Romae, Nerone imperante, fuisse institutos. Deinde etiam SEXTVS AVRELIVS VICTOR ^{b)} retulit, quinquennale illud ludicrum, vt a TACITO ^{c)} vocatur,

*) SVETON. Neron. c. 12.

a) vid. STRABO Geogr. L. V. p.

y) SVETON. Aug. c. 59, et 99.

377. ed. Almelov.

z) Id. in Claud. c. 11.

b) de Caesar. c. 6.

c) Annal. XIV, 20. XVI, 2.

=====

vocatur, seu lustrale certamen ^{d)} a Nerone esse Romanam inuenitum: id autem, quum TACITVS,^{e)} quem VICTOR fecutus esse videtur, Neronom primum Quinquennalium auctorem vere adpellare non potuerit, eodem modo, quo SVETONII locum, explicandum esse arbitror. Qua in re mecum quoque consentit REIMARVS,^{f)} qui: *Non putem, inquit, quinquennale certamen per se nouum Romae, aut a primo Nerone institutum, dici a TACITO et SVETONIO, sed quod Graeco more triplex, musicum, gymnicum, equestre instituisse.*

Sed altius repetenda est Quinquennalium et Decennalium origo. Republica enim libera pro eius salute vota non modo in tempus non definitum, verum etiam in quinquennium et decennium suscipiebantur,^{g)} habebantur ludi plebeii in memoriam libertatis adeptae;^{h)} porro celebrabantur ludi saecularesⁱ⁾ atque natales Vrbis Romae^{k)} pro imperii incolumitate. Itaque non noua fuit natalium imperii celebrandorum consuetudo, sed potius, vii plurimum, quod ab imperatoribus conditum est et institutum, e reipublicae liberae temporibus de promta. Omni igitur maiestate populi Romani in imperato-

rem

d) ibid. XVI, 4. ~~ur. excusos sum~~ h) vid. ASCON. ad Cic. Orat. Verr.

e) ibid. XIV, 20. *Nerone, inquit, quarium, Cornelio Cocco, Cass. quin-*
ad morem graeci certaminis: varia fa-
ma, ut cuncta ferme noua. i) vid. CILANO, et SCHWAR-

f) ad DION. CASS. lib. LXI, §. 142. zivm de Iudicribus supra
 Commentar. de natalitiis vrbium,

g) vid. LIV. XXII, 10. et XXXXII, 28. speciatim de natali vrbis Romae, Go-

thaes, 1740. et RASCHII Lex. num.
 h. v.



rem translata, natales imperii exacto quinto et decimo anno recolebantur, votis etiam peractis et solutis. Quibus ut, florente republica, addi solebant sacrificia et ludi, ita nunc quoque solemnitas eorum coniuncta fuit cum sacrificiis, ludis Circensis, scenicis, gladiatoriis, congiariis, donatiuis, panegyricis habendis. Serius non Augustorum modo, sed etiam Cesarum Quinquennalia et Decennalia celebrata esse legimus.¹⁾ Iisdem senioribus temporibus inualuerat quoque ea consuetudo, ut vota quinquennalia et decennalia sub initium imperii susciperentur. Vnde ab ea inde aetate discrimeri votorum illorum et ipsorum solemnum, quae quinto aut decimo anno instituebantur, adcurate obseruandum est. Prima igitur Quinquennalium initia e liberae reipublicae temporibus repetenda esse videntur, primum autem eorum conditorem Augustum fuisse arbitror, qui ciuitatis Romanae imperium non in omne vitae spatium, sed in certum quoddam tempus moderandum suscepit. Is enim septimum consul creatus, quem Romanos flagitorum et crudelitatis regum Roma expulsorum optime memores esse, et a regia potestate vni per omne vitae spatium tribuenda valde abhorrire intelligeret, DIONE teste^{m)} in senatu orationem recitauit, qua summa potestate hucusque Romae exercita decadere, et omnia, quae sibi demandata erant, arma, leges, prouincias reddere se simulauit. Nemo sane erit, qui Augustum ab omni vanitate et mentiendi turpitudine absoluere possit. Dixit enim, se non nisi amore erga rempubli-

cam

1) vid. quos nominat RASCHIUS Tom. II, P. I. p. 82.

m) lib. LIII, c. 3—II.

cam commotum reipublicae hucusque solum praeſuſſe; ſaluti autem ciuitatis magis adcommodatum eſſe, communi confilio, et a multis ſimil, non ab vno, regi. Quapropter ſummis pre- cibus a ſenatu ſe contendere, vt conſilium imperii deponendi non improbei. Quibus verbis eti amium ad ſalutem reipu- blicae promouendam propenſum declarauit, multa tamen eius facta cum iis non conuenire quis non videt? Ipſe quoque di- o
cassiusⁿ⁾ eum simulationis adcuſat: „Εὐδοκιμῶν τε, inquit,
„οὐν ἐπὶ τόντοις πάλι ἐπανόψυχενος, ἐπεθυμήσας καὶ ἐτέραν τινὰ με-
„γαλοφυχίαν διαδεῖξασθαι, ὅπως καὶ ἐν τοῦ τοιόντου μᾶλλος
„τυρηθέη, καὶ παρ' ἑπόντων δὴ τῶν ἀνθρώπων τὴν μοναρχίαν βε-
„βαίνωσασθαι, τοῦ μὴ δουεῖν ἀνοντας ἀντούς βεβιάσθαι; οὐκ
„τούτου τοὺς μάλιστα ἐπιτηδείους οἱ τῶν βουλευτῶν παραπιενά-
„σις, ἐς τε τὴν γερουσίαν ἐσῆλθεν, ἐβδομον ὑπατέων, καὶ
„ἀνέγνω τοιάδε:“ i. e. „Quibus de cauſis quum iam bene audiret, ac
„laudibus adſiceretur, voluit et alia ratione animi magnitudinem
„affendere, partim ut eo maiori in honore haberetur, partim ut im-
„perium ſibi uni a ciuibus non iniuitis confirmaretur, neque illi ad hoc
„faciundum vi coacti viderentur. Itaque ſeptimum conſulatum ge-
„rens, quum ad id ſtudioſiſſimum ſui quemque ſenatorum comparaf-
„ſet, in ſenatum venit, et hanc de ſcripto recitauit orationem.“ Sed
non defuerunt etiam, qui, quo conſilio haec ab eo dicta eſſent,
intelligerent. Quamquam enim auditorum animi diuersa ra-
tione erant adfecti, ita vt alii imperatori fidem haberent, eius-
que propositum vel laudarent, vel aegre ferrent, alii artifi-

^{cium}
n) lib. LIII, c. 2.



cium eius animaduerterent, idque vel admirarentur, vel improbarent, omnium tamen consensus in eo conuenit, ut Augustum, quo summum imperium diutius gereret, precibus obtunderent. Quo facto Augustus in decennium imperium suscepit, eoque finito bis in Quinquennium, et deinde in decennium ei decretum est, ita ut continuatis quinquenniis et decenniis per totum vitae spatium in ciuitate Romana principatum teneret. Quotiescumque autem imperium sive in quinquennium, sive in decennium suscipiebat, totes ludi publici habebantur maximo cum adparatu^o). Quae quidem vera est Quinquennalium et Decennialium ab imperatoribus celebratorum origo. Inde eam quoque repetendam censem DIO CASSIVS,^p) qui: „Καὶ διὰ τοῦτο, inquit, οὐχὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἀντουργάρες, καίτοι μηδέτερος ταῦτον χρόνον, ἀλλ᾽ εἰς πάντα ναυθάπτασθαι τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι, δῆμος διὰ τῶν δέκα δεῖ ἔτῶν ἑωράτασθαι, οὐς καὶ τὴν ἡγεμονείαν αὐθις τότε ἀνανεόνυμενος καὶ τοῦτο καὶ νῦν γίγνεται: id est, Quam ob causam posterioris quoque imperatores, et si non amplius ad certum tempus, sed per omne vitae spatium iis imperium deferatur, tamen singulis decenniis festum, quasi ob eius renouationem, agunt, quod hodie etiam fit.“ Iulio quidem Caesari post victoriam a Pompeio reportatam, inter multos honores, etiam quinquennalia festa, tanquam heroi, decreta esse DIO CASSIVS^q) refert: haec autem, quam fatis

^o) cf. qui laudantur loci in ROSINI

^p) lib. LIII, c. 16.

antiquitat. Rom. I. V. c. 22. et GIB-
BON's History of the Decline and
the Fall of Rom. Emp. T. I. p. 98.

^q) l. XLIV, c. 6. Vota etiam singu-
lis lustris pro eo facta esse, refert
APPIAN. bell. civil. l. II, c. 106.

~~~~~

satis constet, Julio Caesari soli summam regendae ciuitatis Romanae potestatem a senatu nunquam ita in quinquennium vel decenium commissam esse, ab illis, quae principatus ab Augusto retinendi caussa habebantur, longe diuersa esse adparet.

#### §. IV.

*Ritus et ceremoniae, quibus Quinquennalia et Decennalia sunt celebrata.*

Nescio, an nemo sit, qui ritus et ceremonias in Quinquennalibus et Decennialibus celebrandis vbiique obseruatas enumerare recte queat, quum in tanto silentio, quo solemnitates, quibus plurimi imperatores hos dies festos celebrarunt, a rerum gestarum scriptoribus, praetereuntur, non possit intelligi, vtrum semper eadem fuerint, nec ne. Fugit enim, vt exemplo vtar, omnes, quomodo Augustus, Quinquennium et Decennium conditor, ea celebrauerit; sufficit iis tantum dixisse, ea fuisse acta. Dubitatur vtrum Iudi ante vota, an post ea habitи sint,<sup>1)</sup> eademque ratione multa, quae ad eorum ritus pertinent, non nisi commemorantur. Itaque mihi plurimis praefidiis ad hanc rem cognoscendam necessariis destituto, nihil relictum esse censeo, quam vt ea tantum propinan, quae ex nonnullis scriptoribus tum certissime demonstrari, tum cum quadam veri specie coniici possunt.

Id Quinquennalia et Decennalia cum plurimis Romanorum ludis commune habuisse dicunt, vt sacrificii et votis inchoa-

C 2

rentur;

<sup>1)</sup> vid. HARDVINI Opp. p. 432, 775, 882.



rentur; quod etiam PAGIVS<sup>s)</sup> et NORISIVS<sup>t)</sup> disertis verbis contendunt. Itaque recte monuisse censendus est quoque ROSINVS<sup>v)</sup> qui, diuisione ludorum apud Romanos celebrari solitorum in sacros, votiuos, funebres et ludicos posita, Quintuennalia et Decennalia, ad votiuos ludos, h. e. qui propter res feliciter gestas vel gerendas volebantur,<sup>x)</sup> referenda esse statuit. Quinto enim vel decimo quoque anno non solum vota antea suscepta soluebantur, sed etiam alia in proximum quinquennium vel decennium suscipiebantur. Qua de re utroque huic generis ludos in primos, secundos et tertios a veteribus diuisos inuenimus: illi perpetuo in hunc modum sunt numerati, hi autem, ONVPHRIO teste,<sup>y)</sup> post Commodi, imperatoris, tempora, Vicennales et Tricennales adpeilati. Non difficile est, huic distinctionis exempla reperire; multa enim exstant numismata, quibus ea firmari et illustrari possunt. Sed liceat mihi tria tantummodo numismata Antonii Pi<sup>z)</sup> commemorare, quae quam, vii PAGIVS adnotauit<sup>a)</sup> prima sint, in quibus Auguſtorum Decennalia signata conspiciantur, magis quam alia notata digna videntur. Videmus scilicet in uno co-

rum

s) in diff. hypat. P. II. c. II, §. 4.

t) in diff. ehronolog. de vot. decennal. c. I.

y) in antiquitat. Rom. I. V. c. 12  
et 22.

x) Exempla ludorum votiuorum  
multa a LIVIO nobis sunt notata;  
vid. lib. V, 19. VII, 11. XXX, 27.

y) in commentar. ad lib. I. Fast.

p. 175. Cf. etiam RASCHIT Lexic.  
numismat. in Primi Decennales, T.  
IV. P. I. p. 59.

z) Insunt tria haec numismata BE-  
GERI thes. Brandenb. qui producit  
Colon. March. 1696. T. II. p. 68.

a) in diff. hypat. P. II. c. II. §. 4.  
Adsentitur etiam RASCHIVS.

rum latere caput Antonini Pii laurea circumdata, cum hac inscriptione: ANTONINVS AVGUSTVS PIVS, P. P. atque in altero latere: PRIMI DECENTNALES, vel VOTA SOLVTA DECENTNII SECUNDI, vel VOTA SVSCEPTA IN DECENTNIVM TERTIVM. Ex his igitur patet, vota in primis sive, quorum causa hi ludi instituebantur. Nuncupabantur autem haec vota pro incolumitate imperatorum, atque pro imperio ab iis feliciter gerendo, vel in quinquennium vel in decennium ita, ut non semper quinto vel decimo anno soluerentur, sed nonnunquam vel anticiparentur, vel differrentur. Qua de re quum PAGIVS<sup>b)</sup> satis copiose egerit, equidem in sequentibus nonnulla tantum huius rei exempla inter alia proponam. Sed interest etiam scire, quo loco et a quo haec vota facta sint. Quod ad locum attinet, omnia vota Romae vel suscipienda vel soluenda in sacris Deorum arcibus<sup>c)</sup> in Capitolio, Diis ibi quasi praesentibus, peragebantur. Non est igitur, quod dubitemus, vota in Quinquennalibus et Decennialibus nuncupanda, eodem loco facta esse, praefertim quum NORISIVS<sup>d)</sup> atque PAGIVS<sup>e)</sup> differtis verbis doceant, ea ad aram Iouis Capitolini concepta esse hac fere formula: *Preces posco, Iupiter, ut si sies volens propitius in decennium N. Augusto, quod si faxis, tunc tibi votum bove aurato vovemus esse futurum. Ludis circensis vovemus esse futurum. Ludis gladiatoriis vovemus esse futurum etc:* Nuncupabantur

### C 3 autem

b) diff. commen. Part. II. § 13.

d) diff. chronolog. de vot. decen-

c) Ita Capitolium ab HORAT. vo-  
catur l. I. od. 2.

nal. c. I.

e) diff. hypat. P. II. c. II. § 4.

—————

autem vel soluebantur haec vota sacrificiis, quorum quae ratio fuerit, NORISIVS quoque nos docet. Neque illi placuit, neque meo proposito adcommodatum fuerit, singulos quosque ritus in sacris faciundis obseruatos commemorare, quum non sit, quod de scriptorum eos illustrantium penuria conquaramur,<sup>f</sup>) sed id potius attigisse sufficit, quod huc pertinere videtur, quamquam, quomodo sacrificia, quae in Quinquenaliis et Decennalibus siebant, peracta sint, non nisi exemplis nonnullis demonstrari potest. Id ex lapide quodam sub arcu Septimii ad forum Romanum effosso<sup>g</sup>) cognoscere possumus, a Constantino seniore et Maximiano, aut filiis Constantini et Licinio iuniore, qui vna simul Caesares fuerunt, in Decennalibus Suoueraurilia, i. e. sacra facta esse, quibus Cereri in primis gratiae atque laudes decantarentur, et vino lacteique libato, sis, ouis, et taurus immolarentur.<sup>h</sup>) Deinde ex alio lapide extra portam Portuensem reperto<sup>i</sup>) in Gordiani, imperatoris, Decennalibus in cella, sive in delubro Iunonis, sacra facta esse patet. Denique Gallienus, imperator, VOPISCO teste<sup>k</sup>) hecatomben Diis fieri curauit. Ceterum tum sacra, tum vota ab iis, qui sacris faciundis erant praefecti, praefecti a Pontifice, qui libera republica magistratibus omnia vota,

quae

f) vid. quos laudat FABRIC. Bibliogr. Ant. pag. 494. ff. et CILANO Abbandl. d. Röm. Alterth. Tb. 2. Abbaudl. 2. C. 1—19.

g) cf. GRVTERI corp. inscript. ex ed. GRAEVII T. I. p. 116.

h) De his sacrificiis uberioris egit GVTHERIVS de veter. iure pontific. l. IV. c. 18.

i) vid. GRVTERI corp. inscript. T. I. p. 122.

k) in vit. Gallieni, c. 9.

quae ab iis nuncupabantur, voce praeiuit,<sup>1)</sup> imperatoris totiusque populi nomine edita esse videntur. Sed alia fuit Constantino ceterisque imperatoribus christianis votorum concipientorum et sacrorum faciendorum ratio, qui falsorum numinum cultu proscripto, ad aram Dei opt. max. vota peragentes pro hecatombe gratissimam Deo mentem obtulerunt et consecrarunt.<sup>2)</sup>

Pergimus ad tertium genus solemnitatum, quibus Quinquennalia et Decennalia celebrabantur, spectacula dico. Quorum quidem tria genera, musica, gymnica et equestria fuisse, omnes, qui Quinquennalium et Decennalium studio operam dederunt, uno ore contendunt. „Itaque et PAGIVS:<sup>3)</sup> Haec „festa, inquit, celebrabantur sacrificiis, votis solennibus, ludis circensibus et scenicis, ac munere gladiatorio. Hoc autem ante Neronis tempora factum adfirmare dubitem. DIONE enim CASIUS, scriptorum omnium hac in re fide dignissimo tacente, soli SVETONIO<sup>4)</sup> fidem ut habeamus, necesse est, qui, ut in antecedentibus demonstratum est, triplex illud ludicum Romae a Nerone primo introductum esse dicit. Sunt quidem, qui rationibus haud spernendis commoti certamen a Nerone, quinquennio imperii eius primo exacto, habitum inter Quinquennalia referre nolint, quia in perpetuum ab eo institutum, a sequentibus quoque imperatoribus in eius honorem fuisset repetitum: quod etiam si concedam, nihil minus tamen exinde


sequi

1) vid. LIV. l. XXXI, 9, et XXXVI, 2;

n) in diff. hypat. P. II, c. II, §. 4.

2) vid. EUSEBII orat. in Tricennial. Constantini. M. habita, c. 2.

o) in vit. Neron. c. 12,



sequi mihi videtur, ante Neronem haec tria ludorum genera in Quinquennalibus et Decennalibus celebrandis Romae non fuisse inter se coniuncta. Operam et laborem perdidisse censendus essem, si, qui fuerint ludi musici, gymnici atque equestres, demonstratum iuissim, quum ROSINVS<sup>p)</sup> CILANO<sup>q)</sup> aliquie, qui de ludis Romanorum egerunt, etiam hos explicare non omiserint. Illud potius notatu dignum mihi videtur, quod ex AMMIANO MARCELLINO<sup>r)</sup> adpareat, triplex hoc certamen in Quinquennalibus et Decennalibus celebrandis ab omnibus, qui haec festa egerunt, imperatoribus, editum esse, donec principes christiani, mansuetoribus sensibus imbuti, ludos illos gladiatorialios, quibus multi homines aut vita aut valitudine haud raro priuarentur, abrogarent, et Circenses tantum theatralesque retinerent. Antequam autem initium fieret harum solemnitatum, ritu solemni et certo quodam ordine incessisse videntur, qui sacris faciundis et spectaculis edendis occupati necessario adesse debuerunt. Nam eti nullus in scriptoribus, qui antiquitates Romanas illustrarunt, extat locus, ex quo pompam in Quinquennalibus et Decennalibus semper vnam eandemque fuisse adpareat, id tamen cuius persuaderi posse arbitror, haec ludica cum pompa quadam semper fuisse coniuncta, propterea quod nunquam fere ludi sine pompa edebantur. Accedit, quod NORISIVS, VOPISCVM<sup>s)</sup> secutus, Decennalia nouo ludorum genere et noua specie pomparum a

Gallie-

<sup>p)</sup> in Antiquitat. Rom. lib. V.

<sup>q)</sup> Abhandl. d. Römisch. Alterthüm.  
Tb. II. c. 2.

<sup>r)</sup> Rerum gestar. I. XIV, c. 5.

<sup>s)</sup> in vit. Gallieni c. 7.

Gallieno celebrata esse adnotauit, vnde sequitur, ante Gallienum aliam ludorum pompam in his festis celebrandis fuisse visitatam. Quae autem fuerit, certo constitui non potest, nisi id, quod a ROSINO<sup>t)</sup> de omnibus ludorum generibus dictum esse videtur, ad Quinquennalia quoque et Decennalia trahatur. Deinde quod tempus his solemnitatibus constitutum attinet, primus, quorum, si ex Seueri Decennalibus<sup>u)</sup> de aliis iudicare licet, septem fuerunt, dies votis sacrificiisque, et reliqui spectaculis et epulis lautissimis splendidissimisque consumebantur. Denique etiam alia nonnulla in his festis celebrandis obtinuerunt, ut populum sua sibi liberalitate militesque deuincirent imperatores, ut reos e carcerebus emitterent, atque ut parneyrici in imperatores haberentur.<sup>x)</sup>

### §. V.

*Enumerantur Imperatores, qui Quinquennalia et Decennalia celebrarunt.*

His, quae ad naturam atque indolem festorum, de quibus hucusque sum locutus, cognoscendam pertinent, expositis, recensenda mihi quoque sunt eorum exempla. In quibus proferebant, quum, quod ex rerum scriptoribus conspicere potest, alii imperatorum Romanorum haec festa celebrauerint, alii tempore, quod iis ad imperium gerendum concessum fuit, nimis

<sup>t)</sup> in Antiquitat. Rom. lib. V. c. 23. <sup>x)</sup> cf. SCHWARZIVM in Panegyrico. <sup>v)</sup> vid. excerpt. XIPHILIN. e lib. gyr. Min. Tom. II. p. 5. ed. Iaeger, LXXVI. DION. cap. I.

nimirum breui impediti non instituerint, alii an celebrauerint, nec ne, memoriae non sit proditum, ita versandum esse arbitror, ut omnes, qui ab Augusto usque ad Theodosium iunctionem ciuitati Romanae praefuerunt principes, iudosque ab iis propter imperium susceptum editos commemorem. Etiamsi enim nonnulli sint, quorum festa silentio praeferita inuenimus, tamen, ut NORISIO<sup>y)</sup> quoque videtur, ex DIONE,<sup>z)</sup> qui ab imperatoribus post Augustum imperium apud Romanos tenentibus Quinquennalia et Decennalia celebrata esse adfirmat, colligi certo et contendi posse arbitror, ab omnibus, qui ultra quinquennium vel decennium ciuitati Romanae praefuerunt, hunc morem esse seruatum. Sed agebantur haec festa non modo propter Augusteam, sed etiam propter Proconsularem et Caesaream dignitatem, quae si omnia hic enumere, nemini longa fiat oratio mea, vereor. Itaque e prioris generis festis memoria dignissima tantum commemorare sufficiat.

Augustus, primus imperatorum Romanorum, per quinque decennia, DIONE teste<sup>a)</sup> imperium tenuit, quorum unoquoque finito sacra instituta esse legimus. Deinde qui Augustum secutus est, Tiberius, non solum Decennalia,<sup>b)</sup> sed etiam, secundo imperii decennio elapsa, iterum Decennalia, sive, ut postea appellata sunt, Vicennalia<sup>c)</sup> celebrauit. Caligula quarto imperii anno a militibus interfecto<sup>d)</sup> proximi,

qui

y) in diff. chronolog. de vot. decennal. cap. II.

z) lib. LIII, c. 16.

a) lib. LIII, c. 13. l. LIV, c. 12. l.

LV, c. 6. et c. 12. l. LVI, c. 28.

b) vid. DION. I. LVII, c. 24.

c) vid. EVND. I. LVIII, c. 24.

d) DIO I. LIX, c. 29 et 30.

qui Decennalia ediderunt, Claudius atque Nero fuerunt, quorum festa, quamquam a nullo rerum gestarum scriptore commemorantur, tamen, quia hi principes ultra decennium Romanis imperarunt, celebrata esse probabiliter dici potest.<sup>e)</sup> Qui Neronem secuti sunt imperatores, Galba,<sup>f)</sup> Otho,<sup>g)</sup> Vitellius<sup>h)</sup> mensibus tantum nonnullis exactis diem obierunt. Iam Vespasianus atque Titus imperii fasces tenuerunt, quorum alter quum per nouem annos id retinuerit<sup>i)</sup> utrum Quinquennalia ediderit, nec ne, non constat, alter biennio elapsō, mortuus est.<sup>k)</sup> Tito mortuo, Domitianus, et post hunc, qui per unum tantum annum, et quod excurrit, imperium gessit, Nerua atque Traianus Romanis imperarunt, quorum Quinquennalia et Decennalia dō atque omnes, qui Historiae Romanae operam nauarunt, silentio praetermisserunt. Sed nihilominus tamen Domitianus haec festa celebrasse videtur, quum per quindecim annos imperium obtinuerit.<sup>l)</sup> Non opus esse mihi videtur, certaminis illius quinquennalis Capitoline Ioui a Domitiano instituti<sup>m)</sup> mentionem facere: in hoc enim constituendo nullam imperii annorum rationem habuit.<sup>n)</sup> Deinde etiam Traianus propter imperium a se suscepsum festa

D 2 egit

e) Placuit PANVINIO in fast. et triumph. Rom. ad an. V. C. 804. et 817. hac in re ad DIONIS testimoniū provocare, sed nullus exstat in Dione locus, quo Claudii atque Neronis Decennalia commemorantur.

f) DIO I. LXIV, c. 6.

g) ID. I. LXIV, c. 15.

h) ID. I. LXV, c. 22.

i) ID. I. LXVI, c. 17.

k) ID. I. LXVI, c. 26.

l) ID. I. LXVII, c. 18.

m) SVETON. Domit. c. 4.

n) vid. REIMAR. ad DION. I. LXI,

§. 142.



egit, quod ut PAGIO quoque visum est<sup>o</sup>) ex duobus PLINII epistolis<sup>P</sup>) concludi recte potest, ubi ille imperatori vota pro eius salute tum soluta tum nuncupata nuntiat, quod a Traiano maxime adprobatur.<sup>q</sup>) Traianum Hadrianus in regimine securus, tum Quiquennalia, de quibus PAGIVS<sup>r</sup>) multa disseruit, tum Decennalia et Vicennalia edidit, quae in inscripti- nibus nonnullis<sup>s</sup>) et a SPARTIANO<sup>t</sup>) commemorantur. Neque de Antonini Pii festis propter imperium feliciter gerendum celebratis dubitandum est, quum quaedam existent numisma- ta, ex quibus, vota ab eo Decennalia et Vicennalia soluta et Tricennalia suscepta esse, probari possit.<sup>v</sup>) Hunc in imperio exceptit M. Aurelius Antoninus, Philosophus: is imperii sui Quinquennalibus et Decennalibus solutis etiam Vicennalia vo- vit,<sup>x</sup>) quae tamen quo minus solueret, mors anno decimo nono imperii subsecuta<sup>y</sup>) ipsum prohibuit. Hoc mortuo, Commo- dus fasces imperii tenuit, qui imperii non solum a patre acce- pti sed etiam eo mortuo a se solo suscepti Quinquennalia et De- cennalia celebravit.<sup>z</sup>) A Commodo usque ad Diocletianum

<sup>o</sup>) in diff. hypat. P. II. c. II. §. 4.  
<sup>p</sup>) I. X. ep. 101. et 102.

<sup>q</sup>) Etiam de Domitiani et Traiani Decennalibus DIO CASS. sicut, et si PANVINIO ad A. V. 844. et 860. ad eius testimonium provocare placuit.

<sup>r</sup>) in diff. hypat. P. II. c. VI. §. 10.

<sup>s</sup>) vid. GRVTERI corp. inscription.

P. 314, l. et 317, l.  
<sup>t</sup>) in vit. Hadriani, c. 4.

<sup>v</sup>) Cf. PANVIN. fasti et triumphi Rom. ad an. 912.

<sup>x</sup>) vid. MUSELI numismat. anti- quu. Tom. I. Tab. 118. quae pro- dierunt Veronae, 1751.

<sup>y</sup>) cf. DION. I. LXXI, c. 34.

<sup>z</sup>) Plura de Commodi festis PA- GIVS in diff. hypat. T. II, c. VII, §. 4 et 5. adnotauit.

permulti imperatores summum imperium in civitate Romana gesserunt, inter quos, plurimis intra breve tempus imperii occisis, nonnisi pauci fortasse Quinquennalia, et quartor, Septimi Seuerus, Caracallus, Alexander Seuerus et Gallienus huius generis festa celebrarunt. Occurrunt quidem numisma-  
ta nonnulla aliorum ex his imperatorum cum inscriptione;  
VOTIS DECENTNALIBVS:<sup>a)</sup> quam tamen ita explicandam es-  
se censeo, ut vota initio imperii in decennium nuncupata intel-  
ligantur.<sup>b)</sup> Septimi autem Seueri Decennalia a DIONE com-  
memorantur.<sup>c)</sup> Is enim decennio principatus sui vel ineunte,  
vel exeunte, tum vniuersae plebi frumentum, tum militibus  
praetorianis tot aureos, quot annos imperauerat, dedit. De-  
inde Caracallum, qui decem et tres annos simul cum patre im-  
perium gesit, Decennalia et Vicennalia, atque Alexandrum Se-  
verum Quinquennalia et Decennalia celebrasse, ex numis qui-  
busdam patet.<sup>d)</sup> Gallienus denique propter imperium Roma-  
num suscepsum Decennalia nouo ludorum genere celebrauit.<sup>e)</sup>  
Post hos, qui imperium Romanum administrarunt, Diocletianus et Maximianus non solum Decennalia, sed etiam Vicenna-  
lia instituerunt,<sup>f)</sup> atque a reliquis, qui, postquam imperio se  
Diocletianus abdicauerat, Romanis imperarunt, a Galerio, Se-

## D 3

vero,

a) vid. RASCHI lex. numismat. T. II. P. I. p. 81.

the Imperial Rome. Lond. 1781. Vol. IV. tab. 44. Nō. 10. et tab. 47. Nō. 1.

b) cf. NORISII diff. chronol. de vot. decennal. c. 4.

e) vid. TREBELL. POLLION. in vit. Gallieni, c. 7 et 8.

c) I. LXXVI, c. 1.

f) cf. PAGI diff. hypat. P. II, c.

d) cf. OCCON. numismat. p. 258 et 286. COOKE's Medallic history of

VII, § 7.



vero, et qui senectute depresso imperium iterum occupauit, Maximiano, Maximino, Constantino et Licinio iuniore, Decennalia quoque sunt celebrata.<sup>g)</sup> Neque christiana religione in ciuitatem Rom. introducta, obsoleuit haec singulis quibusque decenniis festi agendi consuetudo, sed etiam inter primos principes christianos obtinuit. Itaque Constantinus M. primus, qui christianam religionem professus est, imperator, Decennalia<sup>h)</sup> Vicennalia<sup>i)</sup> et Tricennalia<sup>k)</sup> imperii sui festa egit. Constantino M. mortuo, imperium inter eius filios diuisum est, quorum duo, Constantius atque Constans, quum Constantinus, natu maior, tertii imperii anno interfectus fuisset, Quinquennalia atque Decennalia imperii ediderunt.<sup>l)</sup> Italiano et Iouianio, qui hos in imperio sequebantur, post breve imperii tempus interfectis, ad Valentinianum res deuenerauit, qui simul cum Valente, fratre, quem in Oriente Augustum creatuerat, Quinquennalia et Decennalia celebravit. Hic diutius praesuit illo, ita ut etiam Quindecennalia celebraret.<sup>m)</sup> Post hos summa potestate tenuerunt Gratianus et Valentinianus II. quorum festa a PAGIO suis annis sunt adsignata.<sup>n)</sup> His mortuis Theodosius M. qui duodecim annos cum Gratiano et Valentiniano II. Romanis imperauerat, imperium solus suscepit. Co-

gnosci

g) cf. NORISII diff. chronolog. de vot. decennial. c. 6.

h) vid. EVSEB., de vit. Const. M. I, c. 48.

i) ID. ibid. I, III, c. 15.

k) ID. ibid. I, IV, c. 40.

l) cf. PAGI diff. hypat. P. II, c. XIII, §. 7, 8. 9.

m) ID. ibid. P. II, c. 12, §. 7.

n) in diff. hypat. P. II, c. XIV, §. 1 et 2.

11.

gnosci possunt eius Quinquennalia ex THEMISTII, Praefecti  
vrbis Constantinopolitanae et oratoris tunc celeberrimi, ora-  
tione in laudem Theodosii sexto eius imperii anno habita,<sup>o)</sup>  
eius Decennalia ex IDACII fastis<sup>p)</sup> atque Quindecennalia ex  
nonnullis legibus Codicis Theodosiani a PAGIO laudatis.<sup>q)</sup>  
Theodosium secuti sunt Arcadius et Honorius, inter quos im-  
perium a patre ita est diuisum, vt ille imperio orientali, hic oc-  
cidentalii praeesset. Ab vtroque Quinquennalia, Decennalia,  
Quindecennalia, Vicennalia, immo ab Honorio Tricennalia  
sunt celebrata.<sup>r)</sup> Arcadium in Oriente Theodosius junior,  
atque Honorium in Occidente Valentinianus III. secutus est,  
de quorum Quinquennalibus, Decennalibus, Vicennalibus at-  
que Tricennalibus quoque sine vlo dubio constat.<sup>s)</sup>

67

### §. VI.

*Quamdiu Quinquennalia et Decennalia durauerint?*

Exemplis his prolatis, necesse est, vt tempus quoque  
constituam, quo haec festa in desuetudinem abire coeperunt.  
Id vero post Theodosii iunioris et Valentiniani III. aetatem fa-  
ctum esse videtur. Ab his enim inde temporibus, etiam si  
nonnulla inueniantur eorum vestigia, tanta tamen pompa, tan-  
toque, quo antea, adparatu nunquam sunt celebrata. Quod  
inde in primis intelligi potest, quod pauca tantum extant nu-

mismata.

o) Orat. VI.

r) vid. PAGI diff. hypat. P. II, c;  
XIV. §. 2—5.

p) ad A. 387.

s) EIVSD. diff. P. II, c. XIV, §.

q) in diff. hypat. P. II, c. XIV, §. 3. 6—9.

mismata, e quibus haec festa cognosci possint.<sup>t)</sup> Deinde Iustinianus, PROCOPIO teste,<sup>v)</sup> morem pecuniae militibus præbendæ in festis hisce celebratis hucusque obseruatum abrogauit. Denique Iustinus iunior, Iustiniani ex sorore nepos, Consulatu in omne vitae spatum simul cum imperiali dignitate suscepso, quem solus gereret, Quinquennalia et Decennalia penitus aboleuit.<sup>x)</sup> Sed, abrogatis his festis, nihilominus tamen tum Iustinus ipse tum eius successores quintum atque decimum imperii annum rebus magnis in ciuitatis salutem suscipiendis et perficiendis aptum esse statuerunt. Ita Iustinus quinto imperii anno nonnulla aedificia tum exstruxit, tum exstructa reparauit, atque decimo anno Tiberium Caesarem creavit.<sup>y)</sup> Ita Mauricius quinto atque decimo quinto imperii anno vrbum aedificiis decorauit,<sup>z)</sup> eiusque decimo nonnulla tempa cultui diuino destinata facrauit.<sup>a)</sup> Quorum exemplum Leo Isaurus securus quinto imperii anno Constantinum filium imperatorem fecit.<sup>b)</sup> Multo serius etiam Henricus II. Germanorum rex, cognomine sanctus, Episcopatu Bambergensi condito,

<sup>t)</sup> In numis Iulii Nepotis, qui in Occidente inde ab anno Ch. 474. non multum ultra duo regnauit annos, occurrit frequens haec epigraphe. VOT. V. MVLT. X. Sed ea nemo non intelligit ad imperii initia pertinere; vid. RASCHII Lex. numis. T. III, P. I. p. 1227.

<sup>v)</sup> in hist. arcan. c. 24.

<sup>x)</sup> cf. PAGI diss. hypat. P. II. c. vlt. §. 6. et P. III. c. III. §. 2.

<sup>y)</sup> cf. THEOPHAN. in Chronico p. 205. D. 206. A. et 209. C. ex edit. Francisi. Combefisi.

<sup>z)</sup> ID. in Chronico p. 220. C. et 231. C.

<sup>a)</sup> vid. BARONII Annal. ad an. 591. No. 24.

<sup>b)</sup> THEOPHAN. in Chron. p. 335. B.

67

condito, anno M XI. quo decimus imperii annus ei agebatur, ad eum inaugurandum Episcopos conuocauit.<sup>c)</sup> Denique Pontifices nonnulli Romani quinto vel decimo regiminis ecclesiastici ab iis suscepiti anno templo aliqua aedificia Deo dedicarunt.<sup>d)</sup> Sed haec non nisi sunt Quinquennalium atque Decennialium vestigia, res ipsa et solemnitas dudum euanuerat.

## PARS ALTERA.

*Quam historiae studium utilitatem capere possit ex Quinquennalium et decennialium adcurata cognitione.*

### §. I.

#### *Historia religionis et familiae Christianae.*

Restat, ut de utilitate, quae ex adcurata Quinquennalium et Decennialium cognitione redunderet in historiam rerum gestarum, nonnulla differam. Quae quidem primum in historia religionis Christianae adcuratus tradenda cognoscitur, quum haec festa occasionem praebuerint maximis grauissimisque rebus perficiendis, quarum vis insignis fuit in tuendam et propagandam doctrinam Christianam, quumque inde hac ipsa ratione rerum gestarum chronologia possit emendari. Quemadmodum enim Romanis hoc semper in his festis celebrandis fuit consilium, ut votis et sacrificiis reipublicae salutem a Diis impetrare studerent, ita eorum placandorum causa omnia amoveri curarunt, quae ab iis improbari arbitrarentur. Itaque Chri-

c) vid. BARONII Annal. ad an. 1011. No. I. d) vid. PAGI diff. hypat. P. III. c.

vtr. §. 8.

E

Christiana religione condita, et contra eos, qui ei fuerunt addicti, summa vī sunt saevitia. Notae sunt dirae illae Christianorum persecutions, a nonnullis imperatoribus excitatae, quibus homines honestissimi integerrimique propter solam doctrinae confessionem atrocissimis cruciatibus, quin morte acerbissima punirentur;<sup>a)</sup> quae cum non leuis esse momenti videantur, earum anni ut recte constituentur, rerum gestarum studiosorum multuma interesse debet. Quod ut facilius fieri possit, Quinquennalium et Decennialum studio opus esse mihi videatur. His enim festis plerumque accidit, ut vel edicta noua contra Christianos eorumque doctrinam tollendam ederentur, vel edita denuo commendarentur.<sup>b)</sup> Non fugiet sane quemquam in historia rerum Christianarum vel leuiter versatum, quantopere Nero<sup>c)</sup> anno Ch. LXIV. atque Domitianus<sup>d)</sup> an. Ch. XCIII. quum huius generis festa celebrarent, Christianos cruciauerint, quo crudeli supplicio Ignatius, Traiano anno Ch. CVIII. Decennalia Augustei imperii celebrante, sit adfactus,<sup>e)</sup> et quomodo Christiani Hadriani, Antonini Pii, M. Aurelii, Seueri aliorumque imperatorum aetate sint vexati.<sup>f)</sup> Ne autem criminacionibus multorum tantopere opprimerentur,

a) cf. ANTON. GALLONIVM et CASP. SAGITTARIVM de martyrum cruciat. MOSHEMIT comm. de reb. Christ. ante Conſt. M. p. 109. fl. I. E. F. WALCHIVM de Christian. sub Diocelet. in Hilsp. perf. p. 53.

b) Ea collegarat, ut ferunt, DOMIT. VLPIANVS, cuius libri de offic. Proconsulis, quibus haec rescripta inserta fuerant, nobis non superfunt.

vid. BACHII hist. jurisprud. Rom. I. III. C. II. §. 26. not. x.

c) vid. TACIT. Annal. I. XV. c. 44. SVET. Neron. c. 16.

d) vid. DION. CASS. I. LXVII. c. 14.

e) vid. CASP. SAGITTAR. de martyr. cruciat. c. IX §. 14.

f) vid. PAGI diff. hypat. P. II, c. III, §. 2, 3, 4.

67

tur, episcopi aliquique viri docti Christianae religioni addicti per eorundem festorum occasionem, quibus plerumque imperatoriis libri mittebantur, libellos edidisse traduntur praeclarissimos, quibus doctrinam, quam profiterentur, eiusque sectatores egregie defenderent, sibique ipsi nominis immortalitatem pararent. Sic Quadratus, apostolorum discipulus, et Aristides, Atheniensis quidam philosophus, Christianae religioni additus, Hadriano anno Christi CXXVI, quum Decennalia celebret, apologias a se compositas miserunt.<sup>g)</sup> Sic Iustinus M. Antonino Pio imperante duas apologias edidit, quae quibus annis sint prolatae, viri docti vehementer disputatione.<sup>h)</sup> Liceat autem mihi hanc rem cum PAGIO EX EVSEBIO decernere. Is primam eius apologiam initio imperii Antonini Pii an. Ch. CXXXIX.<sup>i)</sup> alteram an. Ch. vel CXXXXIX, quo M. Aurelius imperii Caesarei Decennalia celebrait, vel CLXIII, quo quinta eiusdem imperii Caesarei Quinquennalia habuit,<sup>k)</sup> editam esse censet. Sic denique Athenagoras, philosophus Atheniensis Christianus, M. Aurelio Antonino et Lucio Vero anno Ch. CLXVI. vtroque imperii Augustei Quinquennalia edente,<sup>l)</sup> sic Melito, episcopus quidam Sardicensis, iisdem anno Ch. CLXIX. quo Tricennalia imperii Caesarei Marci Aurelii ce-

## E 2

## lebrata


g) vid. EVSEBII Chron. ad. an. Abrahami 2142. et Hist. Eccl. I. IV, Abrah. 2166. Omnia haec pluribus c. 3 et 23. SCHROECKH *Christl. Kirchengeschicht.* T. II. p. 373.

k) vid. EVSEBII Chron. ad. an. Abrahami 2142. et Hist. Eccl. I. IV, Abrah. 2166. Omnia haec pluribus exposuit PAGI in diff. hypat. P. II, c. III, 89.

h) vid. PAGI diff. hypat. P. II, c. III, §. 9.

l) vid. GAVE Hist. Litt. Script.

i) vid. EVSEBII Chron. ad. an. Abraham. 2156.



lebrata sunt, <sup>m)</sup> sic Tertullianus Septimio Seuero anno Ch. CXCVIII. Quinquennalia imperii eius Augustei<sup>n)</sup> et Arnobius Galerio Maximiano an. Ch. CCXCVII. imperii Casarei Quinquennalia <sup>o)</sup> edentibus, libros apologeticos dedicarunt. Quae quidem apologiae et si in mitigandis imperatorum animis, nisi id excipias, quod iis editis nonnunquam Christiani quidam in captiuitatem redacti inter alios leuiorum criminum reos e carcерibus dimittebantur, non multum effecerunt, negari tamen non potest, eas maxime fuisse idoneas ad Christianos pietate et veneratione erga ipsorum doctrinam implendos, ita ut nullum periculum, mortem ipsam non timerent, sed doctrinam cum animi alacritate profiterentur. Quae quum ita sint, notandi et suis annis adsignandi videntur isti libri, qui tantam vim in tuendam religionem Christianam habuerunt. Sed longius postea propagata et ab ipsis imperatoribus probata Christianorum disciplina, res in Quinquennialibus et Decennialibus sunt peractae, quae in historia ecclesiastica notentur, dignissimae. Iam enim principibus curae fuit, non solum ut defenserentur Christiani, sed etiam ut eorum numerus augeretur. Qua de re quum antea edicta saeuissima et ab omni humanitate aliena ederentur, longe aliis argumenti leges prodierunt, ad fallorum numinum cultum abolendum et Christianae disciplinae praecepta introducenda spectantes, quarum multas Codiei

Theo.

<sup>m)</sup> vid. Chron. Alexandr. ad an. Olympiad. CCXXVII.

<sup>n)</sup> vid. MOSHEMII diss. ad Hist. eccl. pertinent, Vol. I. p. 744.

<sup>o)</sup> Vid. Viri docti ad MIERON.

CATAL. script. Ecel. c. 79. p. 82. ed. CYPRIANI.

Neque tamen ignoro fuisse, qui ad an. 310. referrent, vid. FABRICII Biblioth. lat. med. et inf. aetat, h. v.

Theodosiano insertas inuenimus.<sup>p)</sup> Deinde etiam ecclesiae Christianae antistites id curarunt, vt in his festis celebrandis tempa tum noua exstruerentur, tum exstructa inaugurarentur. Quia in re imitati esse videntur paganos, qui tempa aliaque aedificia ad usum publicum constituta in Quinquennalibus exstruerent, Diisque dedicarent.<sup>q)</sup> Itaque templum Tyrium vel anno CCCXV. in Licinii, vel anno CCCXVI. in Constantini Decennialibus inauguratum,<sup>r)</sup> Basilicam S. Crucis Hierosolymae anno CCCXXXV. in Constantini Tricennialibus dedicatam,<sup>s)</sup> et aedes sacras Christianis Antiochenis a Constantino constructas in Quinquennalibus Constantii anno CCCXL. consecratas esse,<sup>t)</sup> inuenimus. Denique concilia habebantur in Quinquennalibus, quae ad tuendam et propagandam Christianorum doctrinam spectarent. Nam omnibus fere diebus festis, quibus tempa dedicari solebant, episcopi conuocati de salute et incolumitate ecclesiae Christianae deliberaerunt. Inde quoque factum est, vt prima synodus oecumenica Nicaena anno CCCXXV. in Vicennialibus Constantini M. haberetur.<sup>v)</sup>

### E 3 §. II.

p) vid. l. I. Cod. Theodos. de haeretic. l. 12. et l. 4. eiusd. Cod. de Paniganis etc.

q) cf. PAGI diff. hypat. P. II. c. III. §. 1.

r) vid. EVSEBII hist. eccl. I. X. c. III. ff. et PAGI diff. hypat. P. II. c. III. §. 13.

s) vid. EVSEBII vit. Const. M. I. IV, c. 40.

t) vid. SOCRAT. hist. eccl. I. II. c. 8.

v) vid. PAGI crit. Baron. ad an. 325. et EVSEBII vit. Const. M. I. IV, c. 47.

*Historia iurisprudentiae Romanae.*

Sed non solum in ecclesiae Christianae, verum etiam in iurisprudentiae Romanae historia, Quinquennalia et Decennalia adcurate constituta haud paruam utilitatem nobis comparare possunt. In legendō enim et interpretando Codice Theodosiano ex his festis celebrandis multa explicari possunt emendarique, quae, neglectis iis, obscura laterent et incerta. Interpretis est, legum rationes quaerere. Quae ut inueniantur, necesse est, vt ad illa tempora, quibus leges latae sunt, redeat, et quo statu respublica tunc fuerit, inquirat. Quam regulam si quoque in interpretando Codice Theodosiano obseruauerit, nihil impedit, quo minus multas leges deprehendat, ad quas edendas haec festa ansam dederint. Quum enim principes Romanorum Christiani in Quinquennalibus celebrandis id praecipue agerent, vt summo numini pro sua totiusque civitatis salute hucusque seruata gratias persoluerent, multa quoque in iis praeceperunt, quae ad delendam paganorum doctrinam a Deo quippe non probatam pertinerent. Quo referendam esse censeo constitutionem illam contra haereticos a Constantino M. anno CCCXXVI. quum Romae Vicennalia Caesarei imperii celebraret, editam, qua omnes a doctrina consueta paulo remotos, a priuilegijs Christianis concessis excludi, et munericibus quibusdam publicis onerari iubet.<sup>x)</sup> Gaudebant enim ecclesiae Catholicae testamenti factione passiu erga omnes ipsarum sectatores,<sup>y)</sup> earumque singuli tum ciuilibus munericibus

con-

x) vid. l. 1. C. Th. de haereticis.

y) cf. l. 4. C. Th. de Episcopis.

constituti, immunitate a clericorum ordine,<sup>2)</sup> tum clericorum ordinis addicti a muneribus publicis immunitate.<sup>3)</sup> Inde omnis falsorum numinum cultus anno CCCXCII. a Theodosio M. in Arcadii, filii, Decennalibus poenis grauissimis prohibitus,<sup>b)</sup> inde paganorum tempa anno CCCLIII. a Constantio in imperii eius Caesarei Tricennalibus clausa, eorumque sacrificia vetita,<sup>c)</sup> inde priuilegia Iudeis, Coelicolis et Samaritanis in eiusmodi festis vel concessa vel ademta.<sup>d)</sup>

Deinde ciuiles quoque res, tributa, priuilegia, opera publica, multasque alias res ad salutem et res ciuium pertinentes, constitutiones in his festis editae spectarunt. Quemadmodum enim in his festis celebrandis totius ciuitatis salutem a Diis impetrare studuerunt imperatores, ita quoque nullum hoc tempore aprius putarunt ad ciuium salutem promouendam. Quae de re leges illae, quibus tributa prouincialibus soluenda minuerentur, atque omnis vis et iniuria in iis exigendis prohiberetur, a Theodosio M. anno CCCXIII. in Quindecennalibus et a Constantino M. anno CCCX. in Quindecennalibus promulgatas videmus.<sup>e)</sup> Eadem ratione Anastasius Chrysargyrum, vettigal illud molestissimum a Constantino M. mercatoribus et meretricibus impositum,<sup>f)</sup> anno DL. in Quinquennalibus abloquit.<sup>g)</sup> Hac denique de causa quam imperatoribus in eiusmodi festis pecunia a ciuibus esset tribuenda, Honorius anno

CCCCVII.

2) vid. l. 3 et 6. C. Th. de Episcop. d) l. 2 et 16. C. Th. de Iudeis, Coelicol. etc.

3) vid. l. 11. 9. Cod. Th. eod. tit.

e) vid. l. 23. C. Th. de annona et

b) l. 12. C. Th. de Paganis.

tribut. et l. 3. eiisd. C. de Exactionibus.

c) l. 4. C. Th. eod. tit.

f) l. 1. C. Th. de lustral. conlat.

g) vid. EVAGRIVM l. III, c. 39.

CCCCVII. in Quindecennalibus imperii cum patre suscepiti immunitates ab hoc tributo nimis extensas coercere,<sup>h)</sup> et Theodosius M. anno CCCLXXXIV. in Quinquennalibus omnes ab auro coronario principi offerendo immunes priuilegio suo vti iussit.<sup>i)</sup> Nec desunt quoque leges in Quinquennalibus datae, quibus priuilegia concessa reperimus. Inter quas in primis referendas sunt illae, quibus tum comitibus in sacris scriniis militantibus,<sup>k)</sup> ab Honorio anno CCCCVII. imperii, viuente Theodosio M. suscepiti, Quindecennalia celebrante,<sup>l)</sup> tum comitibus consistorianis, clericis, rhetoribus atque grammaticis, a Valentiniano iuniore anno CCCXC. in Quindecennalibus,<sup>m)</sup> tum medicis et professoribus a Constantino ianiore in Quinquennalibus anno CCCXXI<sup>n)</sup> priuilegia quaedam sunt constituta. Deinde de operibus publicis aedificandis nonnullae constitutiones a Valentiniano iuniore anno CCCXC. in Quindecennalibus,<sup>o)</sup> et a Theodosio M. anno CCCXIII. in Quindecennalibus Arcadii filii,<sup>p)</sup> sunt promulgatae. Denique et constitutiones nonnullae in Quinquennalibus prodierunt iura criminalia spectantes. Semper enim in his festis celebrandis, vti supra adnotatum est, criminum reis poenam remittere, eosque libertate donare solitum erat. Itaque Honorius anno CCCC.

<sup>h) vid. I. 4. C. Th. de immunitate concess.</sup>

<sup>i) vid. I. 5. C. Th. de auro coronar.</sup>

<sup>k) i. e. imperatorum consiliariis, quorum quatuor genera exstiterunt, memoriae, epistolarum, libellorum, et dispositionum. Cf. IACOB. GO-</sup>

<sup>THOFRED. ad h. tit.</sup>

<sup>l) cf. I. 14. C. Th. de proximis, comit. disposit. etc.</sup>

<sup>m) cf. I. 18. C. Th. de extraord. fine ferdidis muneribus.</sup>

<sup>n) vid. I. I. C. Th. de medicis et professor.</sup>

<sup>o) vid. I. 26, 27 et 28. C. Th. de oper. publ.</sup>

<sup>p) vid. I. 29 et 30. eiusd. tit.</sup>

77  
97

quo imperii post patris mortem suscepit Quinquennalia celebrauit, omnium criminum reos vel exilio damnatos, vel metallis deputatos, exceptis tantum iis, qui iudici, poena ipsis imposita, non obtemperauerunt, libertate donauit.<sup>q)</sup> Sed ex Quinquennalibus adcurate constitutis non solum multarum constitutionum Codici Theodosiano insertarum ratio cognosci, sed etiam, quo tempore editae sint, certo demonstrari potest. Sic a nemine hucusque fuit adnotatum, quo anno l. 3. C. Th. de auro coronario lata sit: id tantum scimus, eam IX. Cal. Iul. Sabariae, Valentiniano et Valente, A. A. Coss. ad Probum, PF. P. esse emissam. Neque a IACOBO GOTHOFREDO haec res rite fuit exposita, qui eam vel anno CCCLXVIII. vel CCCLXX. latam esse censeret. Sed quum anno CCCLXVIII. Quinquennalia a Valentiniano et Valente edita videamus, non sine veri specie haec lex ad hunc annum referri potest. Eodem modo res se habet cum lege 18. eiusd. Cod. de episcopis, ecclesiis et clericis, ab iisdem imperatoribus edita, quae IACOBO GOTHOFREDO vtrum anno vel CCCLXVIII. vel CCCLXX. promulgata fuerit, nesciente, anno CCCLXVIII. in Valentianis et Valentis Quinquennalibus prolata esse videtur.

Denique non ad singulas leges solum, sed etiam ad totas legum collectiones promulgandas imperatoribus Quinquennalia visa sunt idonea. Hadrianus enim anno CXXX. quo Quindecennalia edidit, edictum perpetuum a Saluio Iuliano compositum promulgauit.<sup>r)</sup> Hunc imitatus Theodosius codicem a se confectum anno CCCCCXXXVIII. in Tricennalibus

edi-

<sup>q)</sup> vid. l. 10. C. Th. de indulgent. crim. <sup>r)</sup> Cf. PAGI diff. hypat. P. II, c. XI,

§. 14.  
F

  
edidit.<sup>s)</sup> Sic denique Iustinianus a PAGIO<sup>t)</sup> Codicem anno DXXXI. in Quinquennalibus denuo edidisse fertur. Verum hanc opinionem, quum a viris doctissimis certis argumentis dudum sit refutata,<sup>v)</sup> nec exponere nec defendere constitui.

### §. III.

#### *Historia civilis.*

Sed iam ad tertium historiae genus, ad historiae civilis disciplinam, disputatio mea peruenit, in quam emendandam illustrandam festa, de quibus mihi hucusque sermo fuit, vim habuerunt haud paruam. His enim adcurate constitutis et cognitis, non modo multa capita historiae Augustae, verum etiam monumenta omnia ad percipiendam reipublicae Romanae ab Augusto vsque ad Theodosium iuniorē historiam usū necessaria optime illustrari possunt. Quod igitur primum ad scriptores rei Augustae attinet, multi in eorum libellis loci, nisi hoc utraris praesidio, obscuritate laborant. Sic in DIONE<sup>x)</sup> a M. Aurelio, quum is, octo annis extra urbem transactis, Romanam rediisset, omnibus, qui fisco vel aerario publico ab annis sex et quadraginta, absque sedecim annis Hadriani quidquam deberent, debita remissa, eorumque syngraphas in foro combustas esse legimus. Quod cur tunc factum sit ab imperatore, nemo diuinare poterit, nisi eodem anno (an. Ch. CLXXVII.) Imperii Proconsularis Tricennalia ab Aurelio celebrata, simulque morem immunitatum a tributis concedendarum consuetum esse

<sup>s)</sup> vid. RITTER. proleg. C. Th. v) cf. BACHII hist. iuriisprud. Rom. c. I. not. y. pag. 213. lib. IV. c. I. §. 15. not. i.

<sup>t)</sup> in diff. commemorat. P. II. c. IV.

§. 3 et in Critic. BARON. ad an. 529.

x) lib. LXXI, c. 32;

67

esse obseruatum, perpendat. Sic MAMERTINVS in oratione quadam in Maximianum Herculeum habita<sup>y)</sup> orationem a se seruatam esse ait, quam quinquennio rursus exacto, in Decenalibus imperatoris habere constituisset. Quem locum nemo a Quinquennialium studio alienus explicare poterit, quum exactum quinquennium pro ineunte imperii anno quinto positum esse videatur. Maximianus enim Herculeus, quod a multis imperatoribus factum esse videmas, tam Caesarei quam Augustei imperii Quinquennalia ineunte quinto imperii anno celebrauit.<sup>2)</sup> Sed quum historia non solum ex scriptoribus, verum etiam ex numis, inscriptionibus aliisque monumentis hauriri et possit et debeat, rerum gestarum scriptores quoque omnibus his subsidii vri oportet. Quod negotium si suscepserint, haud raro accidet, vt monumenta inueniant, quae sine Quinquennialium studio non intelligent. Occurrit enim, vt exemplo vtar, numisma quoddam Graecum,<sup>3)</sup> in cuius altero latere caput Diocletiani, corona laurea circumdatum simul cum nomine, atque in altero litterae L. E. id est, *anno quinto*, conspiciuntur. Quod ita explicari posse arbitror, a Diocletiano anno imperii Augustei quinto Quinquennalia esse celebrata. Deinde etiam alias numismata Aureliani inueniuntur<sup>b)</sup> cuius alteri inest lateri imperatoris imago laurea ornata, alteri aquila coronam tenens inter duo signa militaria posita cum duobus captiuis cum hac inscriptione: L. Δ. id est, *anno quarto*. Quam inscriptionem etsi TRISTANVS alio modo explicare studebit, tamen ita intelligendam esse arbitror, vt an. CCLXXIV. quo Aurelianus Quinquennalia imperii Augustei anticiparet, in eorum memoriam signatam putemus.<sup>c)</sup>

E 2

Idem

y) in Panegyr. c. I. §. 3.

2) vid. PAGI diff. hypat. P. II, c. V. §. 8. et c. XII, §. 13.

a) vid. JEAN TRISTAN commen- taires historiques, contenant l'histoi-

re generale des Empereurs, Paris 1657. T. III. p. 341.

b) vid. eund. eod. Tom. pag. 254.

c) cf. PAGI diff. hypat. P. II, c. VI. §. 14.



Idem valet de inscriptionibus, quarum nonnullae ex his festis solis illustrari possunt. Reperta sunt inter alia Romae marmora duo, alterum in thermis Diocletiani<sup>d)</sup> alterum ad templum S. Susanna<sup>e)</sup> in quibus Constantius et Maximianus, Augusti, atque Seuerus et Maximinus, Caesares, thermas Diocletianas exornasse et dedicasse dicuntur. Quod quo tempore et qua ratione factum sit, non intelliges, nisi id in eiusmodi festis, quibus aedificia exornare et dedicare consueuerant, peractum esse arbitreris.

Sed non sufficit historico tantum scire, qui principes civitatis praefuerint, quae ab iis gesta sint; necesse est quoque, ut quamdiu unusquisque princeps imperium obtinuerit, et quo tempore quaeve res memoria dignae euenerint, cognoscatur. Iam quum fasti consulares ex Quinquennalium obseruatione multum accipient lucis, quum inde temporum et annorum cuiusque imperatoris ratio adiuuari mirifice possit, quum ipsa rerum gestarum series et progressio certior ita euadat: Quinquennalium adcuratam cognitionem hoc quoque nomine commendari quis non intelligit? Sed satis pro consilii mei rationibus et pro argumenti natura disputasse mihi videor, nec opus esse arbitror, ut, qui multis se iam probauit, idoneus et rectus et cautus Quinquennalium usus pluribus illustretur. Nam qui sit rectus eorum usus, quomodo instituendus, vel ex iis, quae parte prima de discrimine quinquennalium ludorum et sacrorum variorum obseruando monita, vel quae hac parte subinde adspersa sunt, ita colligi posse credo, ut si plura de eo iuuentus mea praecipere voluerit, verendum sit, ne fines modestiae ingenuae excessisse videatur.

d) vid. ONVPHR, in Commentar. fast. I, II, ad an V. C. 1058.

e) vid. TRISTAN. T. III, p. 424.



Leipzig, Diss., 1789 P-Z

X 241 7829





1789, 30.  
73

# DE QVINQVENNALIBVS ET DECEN- NALIBVS IMPERATORVM ROMANORVM.

DISSERTATIO

QVAM

AMPLISS. PHILOS. ORDINIS PERMISSV  
PRID. IDVVM AVGVST. CICCCCLXXXIX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

AVGVSTVS ADOLPHVS WENDLERVS

AA. M. ET IVR. VTR. BACC.

SOCIO SVMTO

IOANNE GOTTLLOB MORGENSTERNIO

THEOL. STVDIOS.

*ad pag. 21.*



LIPSIAE  
EX OFFICINA KLAUBARTHIA.